www.e-rara.ch

# De Perfectione Christiana

## Tyszkiewicz, Jerzy

## Coloniae Agrippinae, Anno M. D. XXVI [d.h. 1626]


## Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rw 116


Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-58152

Caput XXXIII. An peccata venialia proficientium & perfectorum, sint graviora quam imperfectorum?


**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

quæ vt non incidamus, illud quantum possumus, & ad id gratiâ Dei adiuuamur, vitemus.

---

## CAPVT XXXIII.

### *An peccata venialia proficientium & perfectorum, sint grauiora quàm imperfectorum?*

RESpondeo, esse ob aliquam circumstantiam grauiora: *quò enim*, vt benè docet noster Rosig. l. 2. de disc. Christ. perfec. c. 7. *illustrior est qui peccat*, (qualis est proficiens & perfectus) *eo magis extat labes*, id est, maior est & grauior, quâ aspergitur & maculatur peccando. Et hoc quoque docet S. Isidorus, l. 21. de summo bono, c. 18. *Peccata*, inquit ille, *quæ incipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia reputantur; tantò enim maius cognoscitur esse peccatum, quantò maior qui peccat habetur: crescit enim dilecti cumulus, iuxta ordinem meritorum*, (id est beneficiorum acceptorum à Deo) *& sapè quod*

neficiorum acceptorum à Deo ) *& ſæpè quod minoribus ignoſcitur, maioribus imputatur.* Et hanc cauſam exiſtimo eſſe, cur S. Bern. li. 2. de Conſiderat. ſcripſerit: *Inter ſeculares nugæ ſunt nugæ, in ore autem Sacerdotis ſunt blaſphemiæ.* Recolendum hoc igitur eſt animo ſæpè viris perfectis, & proficientibus, imò & omnibus Religioſis, qui maiora præ alijs à Deo beneficia acceperunt, & in altiori ac illuſtriori ſtatu ſunt collocati, & denique qui tenentur tendere ad perfectionem, vt tanto magis à patrandis deliberatè, etiam minimis peccatis abſtineant.

---

## CAPVT XXXIV.

### *Proficienti extirpanda ſunt neceſſariò vitia, & priùs quàm virtutes acquirendæ.*

NOmine vitij, intelligo propriè vitium: nimirum affectionem prauam acquiſitam, non tranſeuntem, ſed manentem in anima, eandemq; ad aliquod opus iniquum, & quod idem eſt peccati, incli-